



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Desid. & Amor. 121

ta, & accepta. Ecce
agnus sine macula: qui
coram se tondentibus
obmutuit, qui alapis
caesus, sputis illitus,
opprobrijs affectus os
suum non aperuit. En
qui peccatum non fe-
cit, peccata nostra
pertulit & languores
nostros suo liuore sa-
nauit.

Desiderium, & Amor.

TV autem, Domi- D. Au-
ne, expectatio gust. So-
Israel: desiderium, ad lslog. B.
cap. 23.
F quod

122 *Die Luna*

quod suspirat cor nostrum quotidie, festina, ne tardaueris. Surge, propera, & veni, vt educa nos de isto carcere ad confitendum nomini tuo, vt gloriemur in lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lacrymarum pupillorum tuorum, qui clamant ad te. Pater noster, da nobis hodie panem nostrum quotidianum, in cuius fortitudine ambulemus die, ac nocte vsquequò perueniamus ad montem sanctum tuum Oreb. Et ego par-

Mat. 6.

Desid. & Amor. 123

paruulus inter paruulos familiae tuae, Deus pater, & virtus mea quando veniam, & apparebo ante faciem tuam, vt qui nunc tibi cōfiteor ad tempus, ex tunc confitear tibi in æternum? Beatus ero si fuero admissus ad videndum claritatē tuam. Quis mihi hoc tribuat, vt ad hoc venire permittas me? Adiuua me fortitudo mea, per quam subleuor: succurre virtus, per quam sustentor: veni lux, per quam

cap. 2.

F 2 vi

124 Die Luna

video: appare gloria,
per quam gaudeo: ap-
pare vita, in qua viuā,
o Domine Deus meus.

Igniculi pietatis.


Non intres in iu-
diciū cum fer-
uo tuo, Domine, quia
non iustificabitur in
conspectu tuo omnis
uiuens, &c. *Psal. 142.*

Non litigemus; no-
lo tecum habere cau-
sam, vt ego proponam
iustitiam meā, tu pro-
ponas iniquitatē meā.

Indi-

Desid. & Amor. 125

Indignum est tibi cum
seruo tuo intrare in
iudicium, nec quidem
cum amico tuo. Quan-
tumlibet rectus mihi
videar, producis tamē
de thesauro tuo regu-
lam, coaptas me ad
eam, & prauus inue-
nior. Ne intres in iu-
dicium cum seruo tuo.
Misericordia indigeo,
fugitiuus redeo, pacem
quæro. *Aug. in Ps. 142.*



F 3 POST